Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

corrigiā calcamentorū eius.
Ipse vos baptizabit in spiritu sancto
et igni. Cuius ventilabrum in
manu eius et purgabit aream
suam. et congregabit triticum in horreum
suum. paleas autem comburet
igni inextinguibili. Multa
quidem et alia exhortans euan
gelizabat populo. Dominica secunda.

Populus sion ecce dominus veniet
et ad salvandas gentes et
audietis in die ille dominus gloriam
vocis suae in letitia cordis vestri. Ps.
Qui regis israel intende qui deducis
velut ovem ioseph. Oratio.
Excita domine corda nostra ad
parandas unigeniti tui vias.
ut per eius adventum purificatis
tibi mentibus laetemur mereamur.
Qui tecum. Sabbato post sancta maria.
Lectio de omnibus sanctis. Ad romanos.
Quecumque nos. xv.
scripta sunt ad nostram doc
trinam scripta sunt. ut per patientiam
et consolationem scripturarum spem
habeamus. Deus autem pacis
et solatii det vobis idipsum sa
pere in alterutrum secundum iesum
christum. ut unanimes uno ore
honorificetis deum et patrem domini
nostri iesu christi. propter quod suscepit
nunc christus
vos in honorem dei. Dico enim
christum iesum ministrum fuisse circum
cisionis. propter veritatem dei ad
firmandas promissiones patrum
gentes autem super misericordia honorare
deum sicut scriptum est. Propterea confi
tebor tibi in gentibus et nomi
tuo cantabo. Et iterum dicit.
Letamini gentes cum plebe eius. Et
iterum. laudate omnes gentes dominum.
et magnificate eum omnes populi.
Et rursum ysaias ait. Erit radix
iesse et qui exurget regere gentes
in eum gentes sperabunt. Deus autem
spei repleat vos omni gaudio et pace
in credendo ut habundetis in spe
et virtute spiritus sancti. Gradualis.
Exultent sancti in gloria laetentur
in cubilibus suis. Alleluia. Congregate illi sanctos eius qui
ordinaverunt testamentum eius super
sacrificia. Alleluia. Letatus sum in his
quae dicta sunt mihi in domum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri in atrio
tuo hierusalem. Hac die ambo versus
cantentur sed predicti in mattutinis.
Hillo t. O. l. o. s. Sancti lucae. xxi.
Erunt signa in sole et luna et
stellis et in terris pressura gen
tium prae confusione sonitus maris
et fluctuum arescentibus hominibus
prae timore et expectatione quae super
venient universo orbi. Nam
virtutes celorum movebuntur. et
tunc videbunt filium hominis venientem
in nubibus cum potestate magna
et maiestate. Dum autem fieri in
pientibus respicite et levate
capita vestra quia appropiabit